



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

S. Maria in Porticu, num. 22.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

S. Maria Angelorum templum in Thermis per Antonium Ducem adificatum

decreto sanxit, ut Diocletianae Therme in templo B. Virginis, & septem Angelorum dicantur: eodemq; decreto, (quod in Archivio PP. Carthusianorum Romæ afferatur) operis procreationem societati sanctissimæ Trinitatis commisit. Itaq; Thermae die 15 Aug. ejusdem anni per Episcopum Sebastianum in honorem S. Mariæ Angelorum, & Martyrum sunt dictæ duæ atque ibidem erectæ, & sacra quotidie celebrati cepta. Sed cum res quorundam improbitate, qui postea ultiore Deo sua temeritatis fuerunt pœnas, parum feliciter processisset; At quoq; cum ornamenti exturbata essent, neq; carum restituere darum spes esset nulla; item an. 1555 alia visione est erectus, quæ eidem significabatur divino decreto Thermas in se ptem Angelorum templum consecrandas, sed cum bello sum occasione, alijsq; de causis protracta res esset; pervicit tandem constantis animi pietas. Nam Pius IV. Pontifex Maximus anno 1560. Antonium Ducem ad se accivit, ab eoq; de visionibus, quas super ea re habuerat, admonitus, quantum etiam tot annorum labore perfecisset, edocetus, ejusmodi opus maximè pium ipse complectitur: negotium dat Michaeli Angelo Bonarota nobili in primis Architecto, templi in Thermis describendi, translatissq; illic ad curam templi è cœnobio S. Crucis in Jerusalem religiosissimis Patribus Carthusianæ familie, ara lignea in medio templi excitata, temploq; pretiosissimis pontificis aulæ exornato, et quis etiam rebus, protoporis angustia ritè compositis, Pontifex ipse indi eti Cardinalium Capella die 5. Aug. 1561. presertim Cardinalibus universa Cura, & populo Rom. pontificis vestibus ornatus Thermas in honorem S. Mariæ Angelorum, solemnibus additis compunctionibus dedicavit. Factum est biacrum Pontificali ritu; quanquam in diplomate de cœnobio à Monachis extruendo vocari templum B. Virginis, & omni Angelorum, & Martyrum, quod moles illa Martyrum sudore fuit. Hi verò versus absude incripti leguntur.

Quod fuit Idolum, nunc templum est Virginis,

Auctor

Est pater ipse Pius; demones aufugite.

Dicato templo Pontifex titulum Cardinalium attribuit, Stationemq; decrevit sabbato post tertiam Dominicam Quadragesimæ, quo die statio est ad S. Susannam, quæ in ea est vi-

cinia. Idemq; templum compluribus indulgentiis, sed praefectiis suis, quæ sunt in S. Cruce Jerusalem, ubi prius erant Patres Carthusiani, auctum esse voluit Antonius Duca semo confesus, & voti compos viro templo, quod tantopele desideraverat, totq; laboribus procuraverat, lætus ex hac vita migravit, primusq; in eo templo ad gradus altaris summi sepelitur. Onuphrius in l. de septen. Ecclesiis testatur huc Thermarum dedicationi à Pio IV. factæ se interfusæ, ipsumq; Pontificem hanc Ecclesiæ misum in modum exornare constituisse, sed morte præventum id opus imperfectum reliquit scilicet. Gregorius XIII. templi pavimentum sternendum curavit, ubi aliquot etiam facella magnifice exornari cepta sunt.

S. MARIA IN PORTICU.

S. Maria in Portico propè theatrum Marcelli.

Hic domus erat S. Gallæ viduæ Symmachæ Consulis & Patrii filiæ à Theodosio Rege Ariano interfactæ; quæ teste S. Fulgentio Episcopo Rusensi in Epistola ad eandem Avo, in doto S. Patre Socero, Genere, consulibus clarissima, intra unius anni spatium marito, cui primum nupserat, est orbata, secundas vero nuptias constantissimè recusavit, ad quas eam, ut scribit S. Gregorius I. Dialogo c. 13. vocabant, & opes, & ætas, & deformitas barba, quam medici propter igneum quandam corporis conspersionem nisi nuberet, emissuā eam faisse prædicabant. Itaq; divinis rebus intenta, dum pauperes duodecim quotidie prandio excipit, ejus domum Angelicis manibus delata est. De paræ filium in Image Domini ulnis soventis imago, aureis lineis in lapide pretioso zaphirino Angelorum manibus, ut pie creditur, efformata, & multa luce circumfusa, cuius splendore vehementer commora S. Joannem Pont., ejus nominis I. martyrio postea inclutum, tota de re commonefecit. Is cum ejus domum venisset, fusis ad Deum precibus, campanis nullo impulsu, sed sua sponte tota urbe concitæ pantibus, in aere suspensam Imaginem admirabundus conspicit, quæ ab Angelis in ejus est deposita manibus. Atq; ei ipso die B. Virginis beneficio, quæ tota urbe glorabatur, peftis abacta est: quare S. Gallæ in suis ipsæ diibus templum hoc Christo, ejusq; Genitrix posuit, quod vulgo dicitur à Portico, propter Porticum Octaviae Marcelli matris, & Augusti fortis olimibi situm; sacra verò Imago ei ipso

in loco ubi primum apparuit, collocatur. Et Galla, inquit Gregorius loco citato, abjecto seculari habitu, ad Omnipotentem Dei servitutem secessit apud B. Petri Apostoli Ecclesiam monasterio tradidit, ibi, multu annu simplicitati cordu, & orationi dedita, larga indigentibus elemosynarum opa impedit, que postea ante obitum S. Petri visione mirifice est recreata, hæc ex Gregorio. Hoc idem templum, ut videre est in lapide in summo altari collocato, vetustate pene collapsum Gregorius VII. restauravit, & consecravit, cuius etiam tempore nobile illud Ciborium, quod adhuc visitur, exterritum fuisse existimatur, in quo sacra Imago supernè est deposita: in fronte vero Ciborii illi versus mulivo opere extant, ex quibus pleraque eorum, quæ haec tenus commemoravimus, indicantur.

Hic est illa pia Genetricis Imago M A R I A E,
Quæ si cuncti Galli patuit metuenti.

*Per sandæ
Imaginem
peſta ab ur-
be depelli-
tur.*

Hæc eadem Imago solemnij pompa juſſu Callisti III. per urbis vias circumdata diutinam pestem depulit, & cum deinde mandante Paulo II. in Pontificum facellum per Episcopum Forensem illata esset, altera die in propria sede collocata divinitus est, Leo X. an. 1518. die 14. Mart. Turcarum metu urbe undiq; perculta ad imperandum contra eos Christianorum Principatum concordiam, hanc Imaginem una cum S. Salvatoris, & B. Mariae Majoris imaginibus cum Cardinalibus nudis pedibus est prosecutus, Paulus vero III. eadem de causa permotus anno Domini 1537. die 7. Juli. & iterum anno 1541. eadem imagines publica pompa gestari jussit. Sedente autem Adriano VI. sacra imago rursus exponitur, & indicta supplicatione ob

*Per sandæ
imaginem
ab aliis pe-
reculæ verbis
liberatur.*

*Eandem I-
maginem
ludae duo
conveni-
ti, illico-
dant pæ-
nus.*

Hæc omnia in nobili ejusdem templi parietum pietura illustrissimi Cardinalis Cæsi hujus Diaconiæ titularis pietate in monumentum hujus historia effigiata cernuntur, quæ uberior explicantur in narratione expressa Romæ an. 1605. opera Patrum religiosæ Congregationis Clericorum B. Virginis Lucensis, quibus hujus templi cura auctoritate Clemens Octavius est demandata,

Ad ejusdem quoq; Imaginis commendationem facit, quod nulla temporum injuria læsa, in tot urbis incendiis, in tot h. stium direptionibus inviolata persistit. Addam ad extremam orationem quandam ab iis, qui eo confundunt, recitandam, & ibidem jam pridem expositam, quæ hujus Imaginis dignitatem ponit oboulos, est autem ejusmodi.

Oratio, qua in S. Maria in Porticu babetur.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui legem Moysi digito tuo in tabulo lapide scriptam de distis, & serpentem aneu in eremo exaltarisfecti, concorde quæsumus, ut hanc sacrissimam Generatricem Filii tui incarnationem operi suo formam. & in hoc templo per sanctos Angelos tuos mirabiliter exaltatam de votâ veneremur, cujus intuitu à mortifera antiqui serpenti poena, & à quibuscumq; aliis corporalibus lesionibus liberemar. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

S. MARIA ARA COELI.

S. Maria Ara coeli in Capitolio, ubi olim Iohannes Feret in fanum. Ejusmodi Deiparæ tem-
plum, cui FF. Minorum de Observantia noble cœnobium nuac est adiunctum, in ea Capuoli parte situm est, ubi Octavianus Augustus profectioni jam ætate, accepto à Pythio Apolline responso de pueri hebraeo, eodemq; Deo, ac omnium Domino ipſu in tartara detrudente Roman ex Oriente reveritus, Aram maximam auctore Nicephoro l.1.c.17 extixit, cum ejusmodi latina inscriptione ARA PRIMOGENITI DEI, qua de re nos c. 23. In hoc templo imago Deiparæ à S. Luca depicta in summo altari magna pietate colitur: ibidem etiam lapis visitur insignis pedum vestigis ab Angelo impressis, qui Roma humana specie aliquando apparuit. Cùm autem in Urbe ex Onuphrio in l. de se parentem Ecclesiis in S. Joanne Viginti, ex Baronio vero in notis ad Martyrologium die 1 Novem. & die 5 Decemb. viginti duo essent Cœnobia, seu Abbatiae, quarum Abbates in præcipuis quibusdam celebritatibus summo Pontifici celebrent aderant, hæc Ecclesia Ara coeli, auctore eodem Onuphrio una erat ex illis Abbatias, quam postea Leo X anno 1516. Cardinalis titulum instituit.

PPPP 2 S. MA-

22.

*S. Maria
Ara coeli
in Capit-
lio.*